

a1<sup>v</sup>

---

IVRIS STVDIOSIS BASILEAE S.

Accipite queso sacratissimarum legum & canonū  
studiosi, titulos simul & regulas iuris utriusque quos  
in uestram utilitatem (ut reor) non sine fructu fu/  
mus interpretati, ac in Alemanicum traduximus  
eloquiū, nullatenus diffidētes plurimū uos inde cōmodū  
deportaturos, quippe quod ex noto uobis et materno elo  
quio incognitos & difficiles alioqui titulos breuibus cō  
plexi fuerimus Nō ignorans plerosque id antea longis cir  
cūitibus & ambagibus, nescio si tentauisse dicā an exple/  
uisse & quidem prolixa docendi copia libellos ob id gra/  
ues edidisse. Quod ignoto sermone, uel æque non cogni  
to magis ignotum docere temerauerunt. Quā nostram  
Germanicam interpretationem & si quibusdam difficu  
litate cognouerimus, aientes nos nobilissimas iuris utrius/  
que margaritas porcis deuorādas tradidisse potius, que inter  
pretem extitisse & prodidisse secreta quæ propalanda nō  
fuerant. Velim id unicum respondeāt huiusmodi iuris si/  
lētarij & regalis studij ex uoto suffulsores, quo titulo sti  
pendia iuris hactenus sint meriti, ut illa declarent quæ ex  
uoto tegere nō erubuerūt. Ego & q̄ feci, infectū facere nō  
possum, nec facti pœnituit. Docere uolui, cuius p̄doctio  
nis primum ego gradum existimo, ita loqui ut intelliga/  
mur, non ut nebulam oculis offerentes, nobilem faculta  
tem præstigiantes obfcuremus, Valetē felices.